



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P.D. Lvdovici Gomes, Episcopi Sarnensis, sacri Palatii
Auditoris, Commentarii in iudiciales regulas Cancellariae**

Gómez, Luis

Lvgdvni, 1557

Regula de uerisimili notitia obitus, octo quæstiones complectitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63697)

Non valet, vt decis. 14. de concess. præbē. in antiqui. & Bolla
mera decisio. 116. & illa prima gratia est causa immediate
nouæ provisionis, quia noua provisio fit ad istum effectum
quia orator dubitat gratiam suam expectatiuam, & con
tationem inde secutā viribus non subsistere, & ideo noua
provisio conceditur ratione primæ gratiæ, & ideo non
est simplex provisio: merito si illa habet effectum, contin
uit. Sed subrogatio nõ præsupponit aliquē titulū præn
bulum, sed est simplex gratia de per se subsistens: ideo in
gore illius acquirō beneficium, non dicitur illud habere
ratione gratiæ expectatiuæ: quod est bene notandum.

REGVLA DE VERISIMILI
NOTITIA OBITVS.



LTEM voluit & ordinauit, quod omnes gratiæ
de quibusuis beneficiis ecclesiasticis cum cura, vel
cura, secularibus & regularibus per obitum quocun
cunque personarum vacantibus in antea secretari
liis roboris vel momenti sint, nisi post obitum, & in
datam gratiā huiusmodi tantum tempus effluxerit, quod interuo
cationes ipse de locis, in quibus persone prædictæ decesserint, ad
tiam eiusdem domini nostri verisimiliter potuerint peruenisse.

P R A E F A T I O.

REGVLA ista sancta & salutaris videtur, quia per
fraudes coercentur, & cupidæ ambitionis auctores
refrenatur. Eius primus autor fuit Ioann. 23. qui con
cedidit. 13. Calend. Maij, Pontificatus sui anno 4. vt in
regulis apparet. deinde Martinus v. per eadem verba
probauit, nihil ad eam addens. Posteriores verò pontifi
ces vsq; ad Nicolaum v. de ista nullam mentionem fecerunt.
Nicolaus tamen sustulit proœmium regulæ quod
fuerant Ioan. 23. & Martinus, quod breuitatis causa
opinor: cum aliàs indignum videretur tam salutare pro
mum, ex quo mens & intentio colligitur cōditoris sustu
lisse. Nicolaum tamē in hoc omnes Rom. Pontif. eius suc
cessores hucusq; sunt imitati, quia nullus eorū proœmium
illo vsus fuit. Imò, quod est magis mirandū, quod eam re
gula ista varias habuerit in causis decidendis difficul
tes, vt
aliquo
gra ma
gula: a
lai, det
Ioan. 2
ben. 2
conca
tiois, &
gitar n
videtu
ter erit
et in c
inferiu

tes, vt ex discursu operis apparebit, nullus eorum verbum A
 aliquod addidit, vel mutauit ad regulam Nicolai, sed inte-
 gra mansit vsque in hodiernum diem, cum tamen alia re-
 gula aliquam receperint mutationem. Et illa regula Nico-
 lai, dempto proœmio in omnibus aliis concordat cum illa
 Ioan. 23. Proœmium verò Ioan. 23. tale fuit: Item, vt in ha-
 bendis beneficiis ecclesiasticis fraudes euitentur, seruetur
 conscientia puritas, & ambitionis via præcludatur ambi-
 tiosis, &c. hætenus habetur proœmium Ioan. Ex quo colli-
 gitur manifestè ratio finalis istius regulæ, quæ concordare
 videtur cum æquitate iuris communis, & ideo fauorabili-
 ter erit & latissimè interpretanda, per ea quæ glossa 3. di-
 cit in capitulo tertio de præben. lib. 6. quod facit ad multa
 inferius dicenda. B

QVÆSTIO PRIMA.

QVÆSTIO PRIMA. QVÆSTIO PRIMA. QVÆSTIO PRIMA.
 QUITR primo, vtum ista regula habeat locum extra
 curiam in impetrationibus ordinariorum & legatorum?

SOLVTIO. Prima facie dicendum videtur quòd non,
 quia regula loquitur in papa, vt ex eius verbis apparet: er-
 go non procedit ex ordinario, quia ex diuersis non fit illa-
 tio. Et quia ordinarius potest conferre beneficium sub cõ-
 ditione si vacat etiam ignoranti vacationem, secundum
 gloss. & omnes in capitu. 2. de elect. lib. 6. & Lap. allega. 6.
 & Rot. decisio. 161. in antiquis. sufficit enim quòd benefi-
 cium vacauerit, & veritas attendatur, per ea quæ nota. Ge-
 mia. in c. ne captandæ. in 4. colum. de concess. præben. lib.
 6. facit. c. veritate. 8. distin. Nec debet morari, nec frustrari C
 promissio propter talem conditionem si vacat, quæ est de
 præfenti, licet ignoretur existentia conditionis eiusdem. l.
 multum. ff. de conditio. & demonstra. Nec enim nocet an-
 gustia temporis. l. si mihi & tibi. ff. de legat. 1. nota. in cap. in
 præfentia. de sponsa. vbi si mulier non certificata de morte
 viri contrahit matrimonium, tenet si in veritate maritus
 erat mortuus: vnde in collatione beneficij nõ est necessa-
 rium modum vacationis exprimere, licet bonum sit illum
 exprimere, vt not. gloss. quanuis. in clemen. 1. de præben.
 Domin. in c. susceptum. de rescript. lib. 6. & gloss. vacatio-
 nibus. in c. cupientes. de elect. lib. 6. Item iura dicunt, quòd
 beneficia non conferantur antequam vacent: vt in c. nul-
 la. de concess. præben. ergo si vacent, licet vacatio ignõre

Dur, valet collatio, iuxta dicta Bald. in rubr. qui sint rebi
dicit valere collationem Episcopi de beneficio vacante, licet
non vacaret, vt credebat Episcopus: quod dictum esse
mirabile Fely. in cap. sciscitatus. in penul. colum. de
script. facit decis. 36. de præb. in antiq. præsertim quia col
lationes ordinariorum sunt fauorabiles & naturales, pro
pterea ampliandæ. c. peruenit. ii. q. & not. in cle. si. de offi
ord. Et pro ista parte dicit Glossator hic, q. iudicauit Rot.
& idem dicit in regula de subrogâdis colligantibus. in h.
vt dicebat etiam tunc D. Coronatus aduocatus. nam iudi
erat, quod principium & finis sint habilia, licet mediū in
tile sit, vt ibi per eum.

Istis tamen non obstantibus contraria opinio est verior
E & cōmunis. quam in primis tenet Glossator hic, dicens, q.
ista regula habet locum extra curiam, quia concernit vir
tutē animæ, ex quo emanauit ad tollēdas fraudes & ambi
tiones: vnde dato quod aliàs esset exorbitans & perniciosa
propter fauorem animæ recipit extensionem, vt dicitur in
And. in cap. ex tenore. qui filij sint legi. nam, vt ipse inq.
negari non potest, q. ista regula cōcordet cum iure cōm
ni, vt nō detur occasio captandæ mortis alterius, iuxta cap.
tulū secundū & tertium. de concess. præb. Hæc dicitur in
Addo, q. istam etiam opinionem tenet Decius in con
398. incip. in causa domini. col. si. vbi expresse concludit, q.
regula ista habet locum in ordinario, quia licet loquatur
in summo Pontifice, tamen ex quo emanauit ad obuiandū
fraudibus, latè debet interpretari & extendi à partē
te rationis, quia etiam si materia odiosa sit, sit talis exten
sio, vt fraudes remoueantur: vt probatur in ca. si ciuitatis
sentent. excommu. lib. 6. & gloss. fin. in cap. quanquam de
vsur. lib. 6. Præsertim, quia per istam regulam ambitio re
erectur, propter quod vitium quis repellitur à beneficio, vt
not. Abb. per illum text. in capitu. cum iam dudum. in prin
cip. de præb. Nam sicut ius commune reprobatur ambitio
vt in cap. quia in tantum. de præb. ita & ista regula idem
cit. ex quo satis inferitur, quod dixerat Glossator hic, quod
habeat conformitatem cum iure communi, & sic habet
locum in ordinario. & ita dicit Decius iudicatum fuisse in
parlamento Delphinatus.

Et secundum istam opinionem reperio nouissimè cō
luisse fil. 16. suis in beat. bitar. reg. ius cō alleue. consci. & accer. ratio larius vbi co. nario, cet, ex lar o. Et i. tenet ante ip. ciz, in queq. runt. E. la pro. dibus, & non. uare, si. aliis cō. cum in. dum si. bend. li. do. Et. lator pe. ta. in §. co quo. cur su. legat. d. Non. prædict. so. in co. opinio.

luisse Ioannem Franciscum de S. Nazario de Ripa in con- A
 sil. 16. posito in libr. 1. de legi. & longa consue. in operibus
 suis impressis, vbi post multa concludit, q̄ ista regula ha-
 beat locū extra curiā corā ordinario ex eo, quia nō exor-
 bitat à iure communi, aliās non esset regula, vt in l. i. ff. de
 reg. iur. Nā secū dū eum ista regula fuit condita secundum
 ius cōmune, & secū dū rationē & naturalem sensum. Nā
 asseuerans mortem ante verisimilem notitiam, p̄sumitur
 conficius alicuius conspirationis factę in mortem alterius,
 & accelerasse impetrationem ne p̄ueniretur: & ista fuit
 ratio dictę regulę, quę locum habet in ordinario. & hoc
 latius confirmat idem Ripa in cap. 2. col. penul. de rescript.
 vbi concludit, q̄ ista regula habet locum in legato & ordi-
 nario, quia extracta fuit de corpore iuris cōmunis, videli. B
 cet, ex ratione. c. detestanda. de concess. p̄bē. lib. 6. vt tol-
 larur occasio captandę mortis, vt ibi latius per eum.

Et istam eandē opinionem post longā disputationem
 tenēt Moderni in tract. beneficiorum. in 46. q. 3. partis. Et
 ante ipsos doctus Glossator antiquus pragmaticę Fran-
 ciz. in titul. de collationibus, in verbo, faciendas. à quo
 quicquid dicunt Moder. in dicto tracta. beneficij accepe-
 runt. Et tamē cōcludunt p̄dicti doctores quod ista regu-
 la p̄cedit in ordinariis, quia fuit facta ad obuiandū frau-
 dibus, quę fiebant in curia ad p̄ueniendum ordinarios,
 & non est dicendum quod papa qui aliorum iura vult ser-
 uare, sua negligat, vt in cap. licet. de supp. negli. p̄la. cum
 aliis cōcor. vt ibi per eos. Nam nisi ista regula haberet lo- C
 cum in ordinariis, quotidie fraudaretur papa, & ad obuiā-
 dum similibus fraudibus factum fuit cap. statutum. de p̄-
 bend. lib. 6. ibi, in diocesi existentes. & quod ibi nota. per
 doct. Et collationi videtur inesse tempus tacitum, quo col-
 lator poterit verisimiliter scire vacationē, vt in simili no-
 ta. in §. loca. institu. de verbo. obliga. & not. in lege 2. ff. de
 eo quod cer. lo. & in l. interdum. ff. de verbo. obliga. Et di-
 cunt super hos vidiſſe quandam constitutionem Otthonis
 legati, de qua ibi per eos.

Non obstant in contrarium adducta, quia vltra quod ex
 p̄dictis apparet ad ea solutio, ad ea etiam respondet Ia-
 so. in consil. 104. columna penultima libro primo, qui hanc
 opinionem tenet, vt ibi per eum.

D QVAESTIO SECUNDA.

QVAERO, nunquid ista regula procedat in gratia facta motu proprio?

SOLVTIO. Distinguedum est de motu proprio. Nam si loquimur de motu proprio impetrato ab eo in uorem cuius fit prouisio, qui dolose impetrat, & scientiam non verisimilem notitiam habere, quaestio non haberet difficultatem, quia praesumitur ille motus proprius procinctus, & non iuuat licet hodie per abusionem talis dicatur motus proprius, ut alias late dixi in aliis regulis, ubi quidam tertius hoc ignorans porrigit supplicationem pro alio, & papa eam signat motu proprio, tunc tres domini uoluerunt in Rota locum non esse regulam, quia iste motus proprius, & tali casu verum est dicere papa qui ex seipso mouetur ad concedendum gratiam, non tenet se huic regulae subiicere: Tamen istis non obstantibus domini una cum Fely. in utroque casu iudicauerunt regulam ob stare impetranti, ut refert hic Fel. in quibusdam capitulis. Ratio decisionis fuit, quia papa prouidendo motu proprio, credit nuntium uenisse debito tempore: nam non fuit certificatus de tempore, praesumitur ignorantia voluntatem eius, cum sit facti, & consistat in facto: capitulum de constit. lib. 6. Et per consequens non visus fuit error de generalitate istius regulae. Et pro hoc facit, quia praesumitur mens papae concedentis qualis est iuris, & iure, quod quilibet non praesumitur ita esse ambitiosus. **F** praeproperè, & in tempore non uerisimili impetrat. interdum. ff. de verb. oblig. & in l. 2. ff. quod cer. loco. & talis praesumetur mens papae, quia quilibet praesumitur in dubio impetrare infra ordinariu tempus ueniedi ad rebus & non tempore extraordinario. l. Seio. §. Medico. ff. de leg. Et pro ista opin. uidetur text. hic ubi annullatur gratia, sic & comprehendit gratiam motu proprio, quia totum dicit nihil excludit, vulg. l. Iulianus. de leg. 3. c. 1. de mana. 19. distinct. & in capit. solita. de maioriore & c. Et cum ista conclusione uidetur concordare l. fin. c. 1. de 4. incip. circa quatuor. colum. penul. lib. j.

QVAESTIO TERTIA.

QVAERO, an regula ista comprehendat illam speciem conditionis obit, quae includi posset sub clausula, scilicet

quouis modo appofita in refignatione? **A**
SOLVITIO. Exemplum potest poni in casu, qui cōtingit
 tempore Sixti in Rota super abbatia Auiceni, sancti Petri
 de Turio, in qua quidam Petrus de Rupe abbreviator de
 anno, M. CCCC. LXVII. die decima Iulij dedit mādātum
 ad resignandum suam Abbatiam in fauorem Ioan. de Cla-
 ramonte, misso mādato ad curiam dictus Petrus resignās
 ante factam refignationem per suum procuratorem obit
 extra curiam. 14. prædicti mensis Iulij, & sic per obitum
 eius mandatum fuit reuocatum. Sed procurator obitum
 ignorans resignauit Abbatiam in manibus papæ, qui pro-
 uidit dicto Ioan. cū clausula, siue pramisso, siue alio quo-
 uis modo, &c. Deinde quidam Ioan. Perini habens noti-
 tiam de obitu dicti Petri, impetrauit per obitum à papa, & B
 commisit causam contra dictum Ioannem de Clarāmonte
 iam intrusum, qui comparens allegabat sibi ius compete-
 re in dicta Abbatia, licet non vigore refignationis sibi fa-
 ctæ, quæ non valebat propter defectum mandati. compe-
 tebat tamen virtute clausulæ, siue alio quouis modo, quæ
 capit vacationem per obitum. Replicabat Ioan. Perini,
 quod obitus petri resignantis fuit in tam breui tempore,
 quod verisimiliter tempore prouisionis factæ dicto Ioan.
 non poterat haberi noticia in curia. & sic obstabat ista re-
 gula, dices eam comprehendere quencunque obitum, si-
 ue expressum in gratia, siue comprehensum sub dicta clau-
 sula, alter verò dicebat contrarium. Ex qua quidem disce-
 ptatione fuerat datum præfatum dubium per auditorem, C
 & quæsitum, quid iuris?

SOLVITIO. Iste casus etiam temporibus Modernis sa-
 pius cōtingit in Rota, vt inferius apparebit, super quo variè
 senserunt domini: tempore verò Sixti in quo cōtingit casus
 superius enarratus, nihil fuit decisum quod viderim. Sed
 circa illa tempora reperio hoc dubium in terminis fuisse
 motum per quēdam egregium doctorem antiquum, in cō-
 mēto concilij Basilien. inserto in pragmatica Franciæ. tit.
 de collationibus beneficiorum. in verbo, faciēdas, in fi. vbi
 cōcludit, quod prouisio per obitum resultans vigore illius
 clausulæ siue alijs quouis modo, valeat: & quod nō obstet
 regula, rationem adducit, quia procurator qui venit ad cu-
 riam, non venit ad impetrandum per obitum, sed ad resi-
 gnandam.

BB

Dignandum: & sic venit propter alium modum vacationis, & postea papa concessit clausulas, propter quas resultat alium verum modum vacandi, ille debet sibi prodesse, cum non fuerit in dolo, quia origo prouisionis, inspicienda est. L. tutor. de fideiuss. & l. 3. C. ad Maced. ita concludit dictus doctor cui nomen, Cosmas Guimier in dicto loco.

Et istam opinionem Cosmæ sequuntur ad literam Moderni in tracta. beneficij. in tertia parte. quæst. 46. nihil penitus addentes. Et cum istis videtur concordare Glossator hic in tertia. col. versic. item quia ista regula loquitur, ut qui licet ponat questionem per contrarium, & se inuoluit, tamen ratio, quam ponit, concludit ad istam questionem. Dicit enim, quod cum regula ista sit exorbitans, & cessat

E casu captandæ mortis, non debet extendi nisi ad casum expressum, non ad alium.

Sed prædictis non obstantibus contraria opinio est recentior pro qua tempore Sixti consuluit quidam aduocatus, non sola ratione, quia ista regula solum habet respectum ad vacationem per obitum, non autem respicit formam promotionis: unde ex quo de obitu indiffinitè loquitur, comprehendit omnem modum per quem deuenitur ad illam vacationem siue directè, siue per clausulam alio quocumque modo. Hæc ille. Et secundum istam opinionem reperio dictum propositum in Rota tempore Iulij papæ secundi, vt dicit Felyn. hic in quibusdam apostillis, dicens, quod Gulielmus maior pars Rotæ fuit in ista opinione ipso contradicente

F videlicet, quod talis resignatarius virtute illius clausulæ, siue alio quouis modo in supplicatione resignationis petita, non poterit habere per obitum, sed illa clausula comprehendebat alium casum similem renuntiationis, petita vacationem, per capitulum, de multa, vel contra dictum matrimonij, vel per non promotionem, iuxta cap. licet. canon. vel ingressum religionis, & similes. Felynus tamen dicit contrarium, ex eo, quia verba debent in gratia aliquid interpretari. Et tenendo dictam opinionem, illa clausula, quocumque modo, nihil operaretur contra ea, quæ dicunt Doctorum susceptum, de rescript. lib. 6. Et quia in tali interpretatione comprehensua mortis cessat mens & ratio regule, quæ considerat ambitionem ex illa præpostera præuentione caritatis & votum captandæ mortis. Subdit tamè, quod licet illa

plura vota pro alia parte, nihil tunc fuit decisum, quia regula loquitur in vacante per obitum. Hęc ibi Felynus. Adde, quod ego reperio modernis temporibus, pro opinio, illa maioris partis dominorum contra opinionem Felyn, fuisse in Rota iudicatum.

Nam reperio quōdam Reuerend. P. Dominicum de Iacobatis, tunc temporis primarium auditorem, qui meritiq̄ exigentibus, creatus fuit postea cardinalis in quibusdam illius regulę apostillis, super ista questione scripsisse manu propria hæc verba formalia, videlicet, fuit obtentū in causa Libicen. vicarię, in qua ego pronuntiaui, licet cōtra votum meū, quod regula ista haberet locū in eo, qui de partibus constitutus procurator resignasset in fauorem certę personę, cui fuit prouisum cum clausula, siue alio quouis modo. Quod mihi fuit visum contra voluntatem adentis regulam, & in meo voto fuit Accoltis, & primo Fely. in sententiā instantia coram me variante, sed superueniente Antonio de Zocchis in Rota sensit idem quod ego. Et dominus Christophorus de Porcariis dubitauit, quia in prima instantia, in qua pronuntiauerat, Nicolaus de Vbaldis dicebat non interfuisse, & ideo fui coactus cōfirmare primam sententiā: mihi tamen ex pluribus videbatur cōtrarium, quia cessabat ratio regulę, quę est propter fraudes. Item, quia cessabat votū mortis. Item, quia regula loquitur quādo impetratio fit principaliter per obitum, hic non principaliter impetratur per obitū. Itē, quia ex quo procurator bona fide venerat de partibus cū in adato, & illi fuerat prouisum si dixisset & narraisset papę, dubito, q̄ interim resignans se mortuus: omnino papę dedisset: maximē, quia in prouisione etiā apparebat, quod derogauit regulę. Item, quia videtur casus omisus, quando per resignationē, & in consequentia capit ex clausula generali per obitum. Etiam vnus adduxit regulam. l. 2. ff. de verb. oblig. quod sub simplicibus, &c. licet modicum videretur facere, quia cōmunitur haberetur illa clausula in supplicationibus, & alio quouis modo, & regula d. l. 2. procederet, vbi apposita nō fuisse. Aliqui ponderabant verba regulę ibi, gratiā. Alij verō dicebant, quod satis per obitum habet: & si dedisset, satis est, quod nō apparet datum. Vnus ex dominis fuit qui dedit cursum staterę ratione (vt tunc domino Iacobatio vi-

Debatur) puerili, & non vera, videlicet, quod clausula, siue
alias quouis modo non habet locum hoc casu, quia circū-
duxit papam, cui dixit, quod resignabat in manibus suis. Et
pro opinione sua Iacobatius dicebat benefacere, quia vi-
detur regula considerasse quando ad impetrationem pari-
tis gratia obtinetur, sed clausulam, siue alias quouis modo
papa ponit ex seipso ex quodam stylo. Illud tamē tollitur,
quia regula dicit, omnes gratia. Item, quia stylus non ap-
ponit dictam clausulam, nisi sit in supplicatione. Ita sunt
quæ de verbo ad verbum R. D. Dominicus de Iacobatis
reliquit scripta super ista regula. Ex cuius verbis manifestè
colligitur Rotam iudicasse propter generalitatem verbo-
rum regulæ illi esse locum.

E Postremò secundū istam opinionem, quod regula pro-
cedat isto casu, iudicauit Rota in vna Gebenen. parochialis
coram D. Gulielmo de mense Maio, vt ipse idem refert in
quadam decisione, rationē decisionis ponēs, quia ex quo
per illam clausulam generalem nō datur alia vacatio, quoniam
per obitum, obstat regula, nec attingi debet, quod impetra-
tio in modo expresso sit per resignationē, ex quo res vacat
vacat per obitum: & in tali vacatione tantum verificatur
prouiso, in qua regula loquitur, siue per modum expre-
sum, siue per generalia verba colligatur modus verifican-
candi, & ita dicit se audiuisse maiores tenuisse olim.

Et prædicta omnia procedunt in casu suo, non autem in
casu contrario, videlicet, quando quis impetrat per obitum.

F & verè vacat per resignationem, prout in casu tunc cōtra-
genti, quia tunc regula non procedit, quia solum loquitur
quando per obitum, & extendi non debet in alium casum.
l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Ita concludit idem domi-
nus Gulielm. in d. decis. pro qua faciunt, quæ adducit
Glossator pro ista opin. in 3. col. versic. item, quia ista re-
gula loquitur de obitu, &c.

Hactenus recitauimus opin. antiquorum & modernorum
patrum super isto dubio, quid dicendum?

Certè licet ista opin. videatur suffulta iuribus & ratio-
bus. Tamē adhuc pro prima opinione, videlicet, quod ista
regula non habeat locum, isto casu posset adduci vna con-
cludēs ratio, quia certū est leges nouas interpretationem
& declarationem recipere à lege veteri. non est nouum
cum

cum l. sequenti. ff. de leg. sed in regula ista veteri ponitur, & A
 assignatur in ipso pro cœmio ista ratio, videlicet, vt fraudes
 euentur, & ambitionis via præcludatur, & cæc. clarum est,
 quod ista ratio pro cœmij inducit causam finalem: vt in l. si.
 ff. de hered. instit. & tradit Bald. in l. vt liberis. C. de colla.
 cessante igitur ratione pro cœmiali & finali, cessat ipsa di-
 spositio l. generaliter. C. de episc. & cleri. cū similibus. Sed
 in casu nostro cessat dicta causa finalis, quia hic nō est am-
 bitio, non est aliqua fraus, igitur locus non erit regulæ,
 pro qua opinione faciunt alia motiua adducta per las. in
 consil. 104. col. penult. lib. 1.

Tamē pro cōtraria parte, & sic pro decisione domino-
 rū facit, quia ex quo illa clausula siue alio quouis modo, in B
 casu nostro nō potest verificari, nisi morte, perinde est, ac
 si in specie fuisset facta impetratio per obitū: quia genus,
 quod nō potest verificari, nisi in vno indiuiduo, habetur p
 specie. cap. ex parte. de offic. deleg. l. 1. & 2. ff. de lib. & post.
 hu. sed si in specie fuisset facta impetratio per obitū, regulā
 ista obstat: ergo eodē modo obstat vacationi cōpre-
 hēse sub clausula generali, quia si verba regulæ adaptantur,
 militat dispositio. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. de leg. 1.

Præterea, quia talis præsumitur mens istius impetrātis,
 quā his verba indicant, cum in ambiguis illius sententia &
 declaratio capienda est, quæ ex verbis comprehenditur. l. in
 ambiguis. ff. de regu. iur. & l. si quis intentione. ff. de iudic. C
 Sed verba illa alio quouis modo implicant casum mortis,
 ergo impetrās visus fuit de tali cogitasse, & sic attēta mē-
 te sua ambitiosa obstat regula. Sed pro concordia opin.
 posset sic distingui, quod aut impetrās per resignationem
 cum dicta clausula alio quouis modo, ita esset impetratu-
 rus per obitum, si sciret vacationem, etiam non verisimi-
 lem, sicut impetravit per resignationem, & res est expedita
 per superius dicta. Si verò esset impetraturus per obitum,
 & tunc per dictam clausulam non veniet casus mortis, sed
 alius casus vacationis similis expressæ, quia non præsumi-
 tur quis velle in genere impetrare, quod in specie non es-
 set impetraturus, quia intentio impetrantis non extēditur
 ad illud. l. obligatione generali. ff. de pig. & quæ not. Ioan.
 Andr. in reg. in generali.

Sed qualiter hoc probabitur, putarē relinquēdum eius

Diuramento, iuxta cap. fina. qui mar. acc. poss. & cap. signifi-
casti. de homi. & hoc considerata qualitate persone iura-
tis. Nam in casu proposito nulla videtur suspicio si iura-
mentum procuratori defertur, qui pro alio impetrauit, nec
agit de proprio commodo, secus esset in impetrante no-
mine proprio: quia si beneficium esset pingue, sub dubita-
tem de iuramento præstando, propter rationem tex. in cap.
clericos. de cohab. cleric. & mul. quia, ut dicit Bald. in cap.
quia verisimile. de præsumpt. propter dulcedinem benefi-
ciorum studium adhibetur corrumpendi testes. Iudex igi-
tur arbitrabitur hoc casu.

QVAESTIO QVARTA.

QVAERO, nunquid ista regula procedat in commenda-
SOLVTIO. Moderni Sabinen. hic in quadam
apostilla dicunt prima facie videri quod non, no-
men contrarium asserunt esse verum, & nihil aliud dicunt.

Dominus Guliel. hic in decisione quadam dicit, quod no-
detur prima facie dicendum, quod non habeat locum, ex quo
commenda non dicitur vacare per obitum, sed cessante com-
menda vacat eo modo quo prius, ut dicit Fede. de Senen.
tract. permutat. benefi. quaest. 16. & Lud. Rom. consil. 350. In
Rota in antiquis prima. de concess. præbend. Et ista opinio
in curia vulgaris apud omnes præsertim Abbreviatores.

Accedit ad hoc, quia regula est aliquatenus exorbitans,
& in exorbitantibus fit restrictio ad casum expressum, quia
odia restringi, fauores conuenit ampliari, vulg. c. odia.

F Istis tamen non obstantibus maior pars dominorum in
vna causa cuiusdam beneficii per obitum Regni cellensis
commenda, cum daretur de ista regula, contrarium con-
fessit, ut etiam R. D. Iacob. Simonetta Auditor retulit. Ratio
fuit, quia licet verba regulæ non videantur amplecti istum
casum, tamen mens & ratio regulæ includit commendam
quæ fuit, ut fraudes euitentur, & tollatur ambitio. Sed
id est, quod ista ratio militat in commenda: igitur obitum
eadem ratio, debet eadem esse in utroque dispositio. quod
cap. si postquam. de elect. cum vulg. Non obstat, quod per
obitum non detur vacatio, quia est verum, proprie tamen
in commendis nostri temporis negari non potest, quin de-
tur aliqualis vacatio.

Adde pro ista opi. videri tex. hic in verbo, omnes gratias
&c.

&c. sub quo de natura verbi commenda videtur cōprehen-
 di, cum sit gratia. Et quia dictio, omnes, est vniuersalis o-
 mnia complectens. l. Iulianus. de lega. 3. Et quia videmus,
 quòd quasi omnes regulæ iudiciales, licet generaliter lo-
 quantur, tamen commendas comprehendunt, vt latè dixi
 in regula de infir. & de idio. & dicitur latius in reg. de im-
 pet. benef. famil. Card. in reg. de annali & triennali. Et ali-
 bi saepe, quæ ideo non repetam, ne fastidium generent.

QVAESTIO QVINTA.

QVAERO, an ista verisimilis noticia obitus, de qua
 loquitur ista regula, debeat attendi computado die-
 tas per terram, an verò per mare?

SOLVTIO. Ratio dubitationis est, quia iter terrestre
 est certum, & potest facillè per milliaria computari à com-
 munitèr accidentibus, vt in l. continuus. ff. de verb. obliga.
 sed iter maritimum est penitus incertum, quia aliquando
 ex Hispania per mare decurritur ad Urbem in 10. diebus,
 aliquando in 6. vt experientia docet.

Breuitèr iste casus saepe accidit. Nā tempore Calixti fuit
 propositum in Rota per D. Ioan. Pintor Auditorem in cau-
 sa Detrusen. beneficij, in qua consuluerunt aliqui periti, &
 tandem fuit conclusum, quòd à communiter accidentibus
 eligendū est iter per mare & per terram, secundū quod ma-
 gis communiter accidit, nō secundū quod rarò, quia iura
 non adaptantur ad ea quæ rarò & cum difficultate fiunt, &
 hoc indicat tex. regulæ nostræ, quæ non vult præcise, quòd
 noticia obitus deueniat ad notitiam papæ, sed quòd veri-
 similiter poterit deuenire, vt in simili dicit etiam text. in
 diem. causam. in versi. verū. de elect. Et in isto verisimili iu-
 dex arbitrabitur secundū cōmunem cursum itinerantiū, vt
 dicit hic Glossator accidisse tempore Sixti, in vna causa
 Valentina. Nā verbum potuit, positū hic, non denotat ne-
 cessitatem, sed potentiā, cum sit prolatum affirmatiuè. ad
 hoc elem. auditor. in versi. potest. de rescrip. & in ca. cōsu-
 luit. de offic. deleg. & c. gratia. eo. tit. in 6. Potuit enim per-
 uenire vacatio ad papam. licet fortè non peruenerit, & sic
 attenditur, quòd possit peruenire, vnde ex Barchinona po-
 test in 8. vel. 9. diebus peruenire noticia ad papā de obitu,
 licet nō peruenerit actu: & illud quòd potuit. cōsiderat re-
 gula, non quòd existat, sed quòd existere possit: propterea

BB iij

D dicitur tex. verisimiliter, non quod ita sit verum, sed quod sit simile vero, vt dicit Bal. in l. ea quidem. in iij. colum. C. qui accus. non pos. facit l. miles. §. mulier. ff. de adult. ¶ Et hoc vt dixi, arbitrarium est, vt dicit Card. & alij in d. clem. causam. in ver. verum. sic igitur sufficit, quod illud verisimile sit possibile, vt not. Bal. in l. scriptura. C. de si. instr. Et ista verisimilitudo aliter debet arbitrari per mare, & aliter per terram, quia, vt dixi, licet mare sit incertum, tamē a commiter accidentibus citius fit iter per mare, quam per terram, vt not. in c. vbi periculum. de elect. lib. 6. habetur tamen in hoc ratio temporis, quia tempore hyemis aliter consistitur iter maritimum, aliter æstatis tempore, vt tradunt Dd. post Ioan. And. in c. olim de rescrip. Nā quinqueaginta miliaria per mare sunt minus, quam vna dieta per terram, dicit Barto. in tract. de insula. in 3. col. Et de istis compositionibus dietarum, & quæ sunt meliora itinera, an mare vel terra, latē tradunt Mod. Bonon. in §. his igitur. in l. iust. & iur. & Fely. in cap. olim. in 2. colum. de excep.

QVAESTIO SEXTA.

QVAERO, ponamus, quod aliquis impetrauit beneficium eodem die obitus cum derogatione istius regulæ, an ei impetranti incumbat onus probandi obitum præcessisse, an verò aduersario?

SOLVTIO. Prima facie videtur dicendum, quod impetranti incumbat onus probandi: quia ex quo agit ad canonizationē sui tituli, tenetur probare vacationē tempore impetrationis. l. 2. ff. de prob. Nā quilibet tenetur probare contenta in sua gratia, vt no. Moder. in d. c. ad aures. de rescrip. nec sufficere videtur, q̄ probet diem obitus, nisi etiā quod obitus verisimiliter præcesserit suam impetrationem, quæ illa probatio non concluderet. vulg. l. matrē. C. de prob. adpareant. Istis tamen non obstantibus domini cōcluserunt eorundem in vna decanatus ecclesiæ Capuanæ, quam impetrauerat Card. Ferrarien. cum derogatione istius regulæ, voluerunt isto casu præsumere obitū præcessisse promissum, vt refert dominus Guliel. in quadā decisione, sub titulo de præbend. in collectan. suis. Ratio fuit, quia quando sumus in dubio quis actus præcesserit, capitur interpretatio quod ille actus in dubio præsumatur præcedere, quod necessarius ad validitatem actus, vt actus valeat.

I O A N .
M I L L .

quàm peccat, vt per plura exempla probat Fely. in c. pasto A
 talis. in 3. col. verfi. ad identitatem. de rescrip. Et in notabili
 casu tradit Iaf. in l. 4. §. condénatum. in 2. col. ff. de re iudi.
 præsertim, quia aliter interpretando, esset præsumere deli-
 ctum in dubio, quod esse non debet, vulgatis iuribus. Nā
 capienda est semper interpretatio, per quam excludatur
 delictum. in cap. si. de præsumptio. & not. per Bart. in l. non
 solum. §. sed & reprobati. ff. de oper. no. nun. Et esset deli-
 ctum aliās impetrare beneficium viuentis, vt patet in regu-
 la 20. vbi dixi. igitur, &c. Et per hoc responderetur ad l. hæres
 institutus. cum seq. ff. de acquir. hæred. Et ista omnia de
 plano procedunt in casu nostro, data derogatione regu-
 læ, aliās verò si exciperetur de regula impetranti, incumbit
 onus probandi verisimilem notitiam obitus, & sic satisfac-
 tisse regulæ, vt fuit aliās cōclusum tempore Calixti in vna B
 Derulen. beneficij coram Io. Pintor. tunc Rotæ auditore,
 de quo tamen videndum est, quod dixi in dicta regula 20.
 de impet. benefic. viuent.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVAERO, ponamus quòd papa absit ab vrbe per plu-
 res menses, prout contigit tempore Clementis, &
 nunc S. D. N. Pauli. III. Niciam proficiscentis, &
 moriatur aliquis Romæ, & beneficium impetretur à papa
 longissimè distante ab vrbe, vtrum sit locus isti regulæ?

SOLVTIO. Iste casus modo pender, & videtur dicendū
 regulæ locum non esse, ex eo, quia curia videtur esse Ro-
 mæ, & reputatur eadem cū illa pontificis, quādo remanet C
 ibi audientia causarum, vt not. omnes in clemen. ne Ro-
 mani. per illum tex. de electio.

Ex diuerso suadet ratio regulæ, vt dicamus isto casu ha-
 bere locum, si tanta sit distantia tēporis, quòd verisimiliter
 in tam breui tempore non possit adiri papa: pro qua parte
 plura in informationibus deducuntur, sed quia causa pen-
 det, subsistit donec Rota in alteram partem inclinet.

QVAESTIO OCTAUA.

QVAERO, nunquid isti regulæ solet derogari?

SOLVTIO. Stylus signaturæ habet, quod deroga-
 tio istius regulæ nō detur, nisi solum in Francia.
 sed extra Frāciam semper cassari solet derogatio, sed pro
 qualificatis personis aliquādo solita est derogatio dari. Et

Dita reperio in libro derogationum bo. memo. Laurentij Cardinalis Sanctorum Quatuor, pluries derogatum fuisse, vt patet ibi fol. 38. & 72. & 75. & fol. 99. Sed Alexan. in bulla reformationis curia, quando tractat reformationem signaturæ, posuit vnã regulã, quam voluit appellari in fallibilem, videlicet, Quod regulis de verisimili notitia, neque de subrogandis colligantibus nunquam derogatur, sed quod stent immobiles, & certè honestum videtur: tamen, vt dixi, signatura ex gratia pro benemeritis personis aliquando derogat, & non seruat illam constitutionem Alexan. Modus autem seu forma qualiter derogari debeat, & quibus verbis, ponit Hispanus noster antiquus in illo vulgato libro Prouinciali ecclesiarum, & in practica cancellariæ (qui est liber approbatus à sede Apostolica) vt dicit Cardina. in clemen. secunda. §. in iurisdictione tertia quaestione, de electione.

REGVLA DE IMPETRANTIBVS BENEFICIA VACANTIA PER OBITUM FAMILIARIS CARDINALIUM.

QUEM voluit, quod impetrans beneficium vacante obitu familiaris alienius Cardinalis, teneat assumere nomen & titulum ipsius Cardinalis. Et si curia fuerit, eius ad id accedat assensus, aliter de iure gratia sit nulla. Et idem seruari etiam voluit, si familiares ipsorum Cardina. familiares esse deserint, seu ad obitum Cardinalium familiaritatem similem transferint, que ad beneficium durante familiaritate priore obtinuerunt: & in quibus ipsa familiaritate durante, eis competierit: Ita, quod ad illa Cardina. quorum familiares prius fuerunt, suum habebunt adhibere consensum.

P R A E F A T I O.

ISTA regula variè reperitur ab Antiquis & Modernis summis pontificibus ædita. Eius primus conditor fuit Gregorius XI, vt colligitur ex decisione Egidij 632. Quod ex eo apparet, quia predecessores summi pontifices in illis regulis nullam de ista fecerant mentionem. Imò, quod magis mirandum est, neque etiam inter regulas Gregorij XI reperitur. Quarum apud me tria reperiuntur exemplata, & ea quidem diuersis temporibus scripta, nec in aliquo